



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lilivm Inter Spinæ

**Sterre, Jean Chrysostome van der
Antverpiæ, 1627**

Facultas Reuerendis simi Domini D. Abbatis Archicœnobij
Præmonstratensis & totius Ordinis Candidi Generalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43032

FACULTAS

Reuerendissimi Domini D. Abbatis Archicænobij Præmonstratensis & totius Ordinis Candidi Generalis.

PETRVS Gosselius, Christianissimi Francorum Regis Consiliarius & Eleemosynarius, Dei & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ Præmonstrati Abbas, totiusque Canonici Præmonstratensis Ordinis Caput & Reformator Generalis, omnibus quorum intererit salutem. Pro parte Reuerendi admodum Domini vti Confratribus nostri D. Abbatis S. MICHAELIS Antuerpiensis nuper exhibita nobis petitio continebat, quatenus concedere dignaremur facultatem F. IOANNI CHRYSOSTOMO VANDER STERRE, S. Theologiæ Baccalaureo formato, & dicti Monasterij Suppriori, in lucem producendi quæ de Vita Sanctissimi Patris nostri NORBERTI conscripsit, nec non alia concernentia Sanctos Ordinis nostri, si modò erunt eiusmodi, ut splendorem aliquè Ordini adferre possint. Nos igitur, qui nihil æquè in votis habemus, quam ut eius eximia sanctitas & vitæ ornamenta to-

to

to celebrentur orbe , qui nobis Canonicæ Religionis Auctor fuit, & Præmonstraten-sis huius sedis Conditor & nominis Insti-tutor, (quam sanè ad rem non parum con-ferre arbitramur eorum illustrationem li-terarum monumentis qui tanti Patris ge-nuini filij eamdem quam ille vitæ formu-lam,idem institutum tenuerūt,) & petitio-nem huiusmodi pro parte præfati Reue-rendi Abbatis gratam, ratam & acceptam habentes , & dicti CHRYSOSTOMI labo-rem & industriam plurimùm laudantes, cuius haec tenus nobile nobis specimen de-dit excudendis virorum Ordinis nostri san-ctitate illustrium Iconibus & Encomijs, ad eorum memoriam ab obliuione vindicandam ; eidem tenore præsentium, prout petitur, quidquid de Vita Sanctissimi Patris NORBERTI , & gestis virorum qui sub in-stituto NORBERTINO & Præmonstratensi nomine floruerunt , & omnino quidquid de nostri Ordinis exordio , causa , origine, incremento, propagatione, Monasteriis v-triusque sexus, Auctori bus, alumnis, Fun-datori bus, Pontificum & Principum priuilegiis, Regula & Instituto Canonico, digni-tate & celebritate, aliisque eiusdem argu-mēti, elucubratum, limatum & expolitum in manibus pro tempore præsenti habet, &

in futuro habebit , petitâ priùs & obtentâ
Reuerendi Domini Abbatis Parcensis , vel
Vicarij nostri pro tempore in Circaria Bra-
bantiae existentis approbatione , in lucem
edendi & typis excudi faciendi facultatem
concedimus & impertimur. Districtè præ-
cipientes omnibus & singulis dicti nostri
Ordinis Regularibus personis , vt prædicto
CHRYSTOMO grato concurrentes affe-
ctu , monumentorum quę de præmissis edo-
ceant , vlt̄rō ad Omnipotentis Dei gloriam ,
& Ordinis nostri splendorem , brevia &
transsumpta apporrigant , vel saltē rogati
& requisiti ne denegent. Datum in nostro
Præmonstratensi totius Ordinis Archi-
cœnobio , die decimotertio mensis Augu-
sti , anno Domini millesimo sexcentesimo
vicesimo.

P.GOSSETIVS *Abbas Præmonstratensis*
& *totius Ordinis Generalis*

De mandato Reuerendissimi Domini
D.mei Præmonstratensis,

F. Dominicus Gerardus Secret.

L I-